(1r, I. Forts.)

dissentiat. Quapropter non inmerito timendum et solerter precavendum est. ne quod absit ad statum multo laxiorem quam nunc est et hactenus fuit processu temporis vergente mundi vespere ac refrigescente caritate multorum prefati sacre religionis termini transferantur. paterne (bezp.) quoque substancie per filios prodigos in ordinis monastici ignominiam et obprobrium dissipantur. Verum sicut primo libro Esdre legitur. quod in transgressione prima fuit manus principum et magistratuum. sic hoc nostre transgressionis causa et origo esse deprehenditur nimia remissio vel negligentia prelatorum. Negligencia quidem. nam videntes peccare subditos. non corripiunt vel disciplinas debitas regulariter non imponunt. Remissio vero quia sibi et subditis in subvencionibus corporis nimis propicii dum misericordes videri appetunt. remissione sua crudeles ~~fi~~ fiunt | ~~erunt~~

v. Korr. — Dumque corporis infirmitates ~~nimis~~ (korr. …) se autumant (!) pro comodo reficere. tunc

<-> add. v. Korr. — vicius luxuria<->tis curam perficere in desiderio. | (1r Col. II) comprobantur. Ab eiusmodi quippe hominibus dicitur remissio esse discrecio. effusio liberalitas. (v. Korr. eingef.) loquacitas affabilitas. cachinnacio. iocunditas. et vestimentorum ac lectisterniorum mollicies